Manus meae distillauerunt murram.
digiti mei murra pleni. Primum ergo
tamquam a prospectu mittit manum suā
quando ds̄ esse operibus aestimatur.,
Unde ait. Si mihi non creditis. uel ope
ribus credite., Deinde augetur amor.
& intimis uisceribus conceptus inolescit.,
Inde intellegibili utero. in quo est recep
taculum uerbi seminibus eius infusis.
plenitudinem eius corporaliter inhabi
tantem haurire anima nostra desiderat,
Non enim turbatur uterus feminarum.
nisi quae fuerint aluo graues.
Surgit igitur anima ut aperiat di uerbo,
Sed dum se expandit adq; aperit. ut o
pera mundi huius uerbi receptione mor
tificet. Sicut ille quiait, Mortificatio
nem dn̄i ih̄u in corpore nostro circum
ferimus. Ergo dum aperit. transiuit
sponsus, Uult enim semper quaeri. fre
quentius inueniri, Et si clausam ianuam
inuenerit. pulsat. & si per moram fuerit
exclusus. recedit, Sed cito redit. & iterum
pulsat. ut uel postea sponsam inueniat
praeparatam. Potest quidem & sic ac
cepi. Frater meus transiuit., Sicut legi
mus. quod penetrauit dilectae intima
medullarum., & quemadmodum
ad mariam dictum est, Et tuam ipsi
us anim[...]m pertransiuit gladius. ut reue
[...]entur mu[...]um cordium cogitationes.
Den[...] addidit [...]. Animam suam
exisse in [...]bo eius, Qu[...]t quando ani
ma peregrin[...]ur a corpore [...]dō prae
sens est. Expla[...]uimus igitur [...]po
tuimus. qui de sit. [...]eternum dn̄e
permanet uerbum tuum [i]n caelo.
Possumus tamen & sic [in]tellegere.
quia in caelo magis permanet in aeternum.
Ubi angeli & archangeli. cherubin & se
raphin., Quo homines quamuis sc̄i sint.
tamen affectus eorum saepae mutatur,
Nunc gaudemus. continuo maeremus.
irascimur. ingemescimus; In ipsa pae
nitentia non uult nos satis contristari
apostolus. ne tristitia absorbeamur,
Ubi ergo iracundia. ubi tristitia grauis.
non permanet ibi uerbum., Denique
de solo dn̄o ih̄u. dictum est a iohanne
Qui audit sp̄m discendentem de caelo
sicut columbam. & manentem super
eum. Nam & prophetae non semper
prophetabant. sed cum infunderit his
sp̄s gratiam profetandi, Deniq; nec
dauid praesciuit. quid adnuntiaret
nathan missus a dn̄o. & utiq; inferior
nathan propheta cognouit. quod dauid
praestantior nesciebat., & alius dixit

40

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0009